

NOTITIAE

SACRA CONGREGATIO PRO SACRAMENTIS
ET CULTU DIVINO

— SECTIO PRO CULTU DIVINO —



189

CITTÀ DEL VATICANO
APRILI 1982

NOTITIAE

Commentarii ad nuntia et studia de re liturgica editi cura

Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino Sectionis pro Cultu Divino

« Notitiae » prodibunt semel in mense. Libenter, iudicio Directionis, nuntium dabitur Actorum, inceptuum, editionum in re liturgica, praesertim e Conferentiis Episcopalibus vel Commissionibus liturgicis nationalibus emanantium, si scriptorum vel periodicorum exemplar missum fuerit.

Directio: Commentarii sedem habent apud S. Congregationem pro Sacramentis et Cultu Divino, ad quam transmittenda sunt epistolae, chartulae, manuscripta his verbis inscripta NOTITIAE. *Città del Vaticano.* *Administratio* autem residet apud *Libreria Editrice Vaticana* - *Città del Vaticano* - c.c.p. N. 00774000.

Pro commentariis sunt in annum solvendae: in Italia lit. 12.000 - extra Italiam lit. 18.000 (\$ 22). Singuli fasciculi veneunt: lit. 1.800 (\$ 2.50) — Pro annis elapsis singula volumina: lit. 20.000 (\$ 25); singuli fasciculi: lit. 2.500 (\$ 3.50).

Libreria Vaticana fasciculos Commentarii mittere potest etiam *via aërea* Typis Polyglottis Vaticanis.

189 Vol. 18 (1982) - Num. 4

Acta et Allocutiones Summi Pontificis

Precatio Ioannis Pauli PP. II universis Ecclesiae Sacerdotibus destinata	177
O Vocação a servir o Senhor no ministério sacerdotal	186
La Chiesa si edifica nella celebrazione dei Sacramenti	186
Sur la trace des Saints	187
Développer la collaboration des laïcs	188
La réconciliation, Sacrement du renouveau	190

Acta Congregationis

Summarium Decretorum:

Confirmatio deliberationum Conferentiarum Episcopaliū circa interpretationes populares	193
Confirmatio textuum Propriorum Religiosorum	193
Calendaria particularia	193
Missae votivae in Sanctuariis	194
Concessio tituli Basilicae Minoris	194
Patroni confirmatio	194
Decreta varia	195

Studia

Zehn Jahre »Ordo Cantus Missae« (Odo Lang, O.S.B.)	196
--	-----

Actuositas Commissionum liturgicarum

Slovachia (Ioannes Pásztor, Vincentius Malý)	214
Lituania (URSS) (Vaclavas Aliulis)	220
Taiwan (Joseph Kuo)	221
Patriarcat Latin de Jérusalem (Théodore Samana, S.C.J.)	221

Varia

Microfono e celebrazioni (Verar)	222
Dire «oui» à la liturgie du jour	224

SOMMAIRE

Actes et discours du Saint-Père (pp. 177-192)

A l'occasion du Jeudi Saint, le pape a adressé à tous les prêtres catholiques, sous forme de prière au Christ, une longue méditation visant à raviver le don de Dieu qu'ils ont reçu dans leur sacerdoce.

En outre, lors de ses rencontres pastorales, en particulier avec les évêques en visite « ad limina », il a insisté sur la collaboration avec les laïcs, la nécessité de participer activement aux sacrements et l'importance de la réconciliation.

Etudes

Les dix ans de l'« Ordo Cantus Missae » (pp. 196-213)

L'*Ordo Cantus Missae* a été publié par le Vatican en 1972. Deux ans plus tard paraissait à Solesmes le *Graduale Romanum*, en application de l'Ordo précédent. Dom Odo Lang, qui a expérimenté chaque jour le chant grégorien de la messe selon ce nouvel Ordo, présente ici un examen critique rétrospectif.

Partant de la place exacte de cet Ordo, subordonnée à celle du missel et du lectionnaire dans l'ensemble de la réforme liturgique postconciliaire, et tout en reconnaissant la qualité du travail des moines de Solesmes qui ont cherché à harmoniser les pièces du Graduel ancien avec la liturgie restaurée par Vatican II, il note certaines imperfections et omissions qu'il serait bon de corriger lors d'une éventuelle réédition du Graduel. En effet, les chants grégoriens, trésor hérité du passé, devraient être distribués, dans toute la mesure du possible, en plein accord avec l'esprit authentique de la liturgie selon Vatican II.

SUMARIO

Actividad y discursos del Santo Padre (pp. 177-192)

En ocasión del Jueves Santo, el Papa Juan Pablo II ha enviado a todos los sacerdotes una plegaria dirigida a Cristo, a modo de meditación para reavivar el don de Dios recibido con la imposición de las manos.

El Santo Padre, en sus encuentros pastorales con obispos, presbíteros, religiosos y fieles, se ha ocupado del tema de la colaboración de los laicos en las tareas de la Iglesia, de la participación activa en la celebración de los sacramentos y de la importancia del sacramento de la reconciliación o Penitencia.

Estudios

Diez años del « Ordo Cantus Missae » (pp. 196-213)

El *Ordo Cantus Missae* fue publicado por la Congregación para el Culto Divino en 1972, y dos años más tarde, la Abadía de Solesmes editaba el *Graduale Romanum*, aplicación del mencionado *Ordo*. Dom Odo Lang, que ha experimentado durante estos años el canto de la misa en gregoriano siguiendo dicho nuevo *Ordo*, presenta un examen crítico retrospectivo.

Partiendo del lugar que corresponde al *Ordo Cantus Missae*, subordinado al Misal y al Leccionario, en el conjunto de la reforma litúrgica postconciliar, y reconociendo la calidad del trabajo realizado por los monjes de Solesmes en el esfuerzo de armonizar las melodías del antiguo Gradual con la liturgia restaurada, el autor señala diversas imperfecciones y omisiones que deberían ser corregidas en una futura reedición del Gradual. El repertorio de canto gregoriano, verdadero tesoro heredado del pasado, ha de ser distribuido, en la medida en que sea posible, de acuerdo con el espíritu auténtico de la liturgia según el Concilio Vaticano II.

SUMMARY

Acts and discourses of the Holy Father (pp. 177-192)

On Holy Thursday, 1982, Pope John Paul II sent to all the priests of the Church a prayer addressed to Christ. It is a meditation which will be of great assistance in reviving the gift of God which is in them through the imposition of hands.

Moreover, in his pastoral meetings with bishops, priests, religious and lay people the Holy Father emphasised the importance of developing the collaboration of the laity in the Church. He insisted on the need for active participation in the celebration of the sacraments and especially on the celebration of Penance or reconciliation.

Studies

Ten years of the "Ordo Cantus Missae" (pp. 196-213)

Ten years have elapsed since the publication of the *Ordo Cantus Missae* (Vatican City 1972) and for eight years there has been the *Graduale Romanum* (Solesmes 1974) which was drawn up on the basis of the Ordo.

Odo Lang, OSB, has been able to experience day by day the Gregorian chants of the Mass according to the new Ordo. In his article he presents a critical appraisal to date.

He begins by placing (in relation to the Missal and Lectionary) the *Ordo Cantus Missae* in its exact relation to the liturgical reform in general and considers certain points that could be further developed and perfected in an eventual second edition of the Gradual.

The Gregorian chants, a heritage derived from the past, should be arranged, he says, with more consideration being given to the authentic spirit of the liturgy.

ZUSAMMENFASSUNG

Ansprachen des Heiligen Vaters (S. 177-192)

Auch in diesem Jahr hat sich Papst Johannes Paul II. zum Gründonnerstag an alle Priester der Kirche gewandt, indem er sie einlud, das von ihm verfaßte Gebet zu Jesus Christus meditierend nachzuvollziehen und so aufs neue jener göttlichen Gabe innezuwerden, die sie durch die Handauslegung empfangen haben.

Während seiner pastoralen Begegnungen mit Bischöfen, Priestern, Ordensleuten und vielen Gläubigen hat der Heilige Vater betont, wie sehr es in der Kirche auf die verstärkte Mitarbeit der Laien ankomme. Ein Anliegen des Papstes ist es auch, daß sich die Christen noch aktiver an der Feier der Sakramente beteiligen und insbesondere an dem der Buße oder Versöhnung.

Studien

Zehn Jahre »Ordo Cantus Missae« (S. 196-213)

Zehn Jahre sind seit der Veröffentlichung des *Ordo Cantus Missae* (Vatikan, 1972) vergangen, acht Jahre gibt es ein nach ihm verfaßtes *Graduale Romanum* (Solesmes, 1974). Odo Lang, OSB, der den so neugeordneten Vollzug der gregorianischen Meßgesänge Tag für Tag erlebt hat, sieht sich nun veranlaßt, kritisch Rückschau zu halten.

Ausgehend von der präzisen (Missale und Lektionar nachgeordneten) Stellung dieses Ordo im Gesamt der Neuordnung, weist er auf eine Reihe von Unzulänglichkeiten und Mängeln hin, die es gelte, in einem künftigen Graduale zu vermeiden. Die überkommenen gregorianischen Gesänge müßten darin liturgisch sachgerechter eingesetzt werden.

Acta et Allocutiones Summi Pontificis

« A MINISTERII NOSTRI »

PRECATIO IOANNIS PAULI PP. II

FERIA V IN CENA DOMINI ANNO MCMLXXXII RECURRENTE
UNIVERSIS ECCLESIAE SACERDOTIBUS DESTINATA *

Dilecti Nobis fratres in sacerdotio,

A MINISTERII NOSTRI, ut universalis Ecclesiae Pastoris, exordio desiderio sumus affecti ut Feria V in Cena Domini quotannis sit peculiaris vobiscum coniunctionis spiritalis dies, quo preces, sollicitudines pastorales, spes vobiscum communicemus, magnanimum vestrum ac fidele incitemus ministerium, totius Ecclesiae nomine gratias vobis referamus.

Hoc vero anno epistolam vobis non inscribimus, sed precationem mittimus, fide veluti dictatam et enatam ex corde, quam una vobiscum Christo adhibeamus ipso natali die sicut Nostri ita et vestri sacerdotii et ut communem meditationem proponamus, eadem illa collustratam et sustentatam.

Utinam unusquisque vestrum « resuscitet donationem Dei, quae est in eo per impositionem manuum » (cf. 2 *Tim* 1, 6) novatoque regustet ardore gaudium quia totum se tradidit Christo.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXV mensis Martii, in Sollemnitate Annuntiationis Domini, anno MCMLXXXII, Pontificatus Nostri quarto.

IOANNES PAULUS PP. II

I

1. Ad te, Christe in Cenaculo et in Calvariae loco, convertimur hoc die ipso, qui nostri est sacerdotii celebritas.

Ad te convertimur nos omnes — Episcopi ac Presbyteri — nostrarum in Ecclesiarum coetibus sacerdotalibus collecti simulque in sanctae et apostolicae Ecclesiae universali unitate colligati.

* *L'Osservatore Romano*, 2 aprile 1982.

Maioris Hebdomadis Feria V est *natalis sacerdotii nostri dies*. Hoc ipso die nos omnes nati sumus. Quem ad modum filius quidem ex matris nascitur utero, ita profecto ex tuo, Christe, unico orti sumus aeternoque sacerdotio. In gratia nati sumus virtuteque novi et aeterni Foederis — de Corpore ac Sanguine redimentis sacrificii tui: de Corpore, quod « pro nobis datur », ¹ et de Sanguine, qui « pro nobis omnibus effunditur ». ²

In novissima nati sumus Cena simulque sub Cruce in Calvariae loco: ibi videlicet, ubi novae vitae profluit *fons* cunctorumque Ecclesiae Sacramentorum, principium pariter invenitur presbyteratus nostri.

Una etiam cum universo Dei Populo Novi Foederis sumus enati, quem tu, Filius dilectionis Patris, ³ fecisti « Regnum, sacerdotes Deo et Patri tuo ». ⁴

Vocati sumus tamquam *ministri* huius Populi, qui ad ter Sancti Dei aeterna tabernacula defert suas « spirituales hostias ». ⁵

Est enim sacrificium eucharisticum « totius vitae christianae fons et culmen ». ⁶ Unum nempe sacrificium est, quod omnia complectitur. Bonum Ecclesiae maximum est, immo et ipsius vita.

Gratias tibi, Christe, agimus:

— quod nos ipse elegisti singulariterque sacerdotio tuo iunxisti atque indelebili caractere insignivisti, unde idoneus quisque nostrum redditur qui tuum ipsius offerat sacrificium velut totius sacrificium Populi: reconciliationis sacrificium, quo Patri te ipsum sine intermissione offers atque in te hominem et mundum;

— quod Eucharistiae nos effecisti ministros tuaeque condonationis, tum etiam tui muneris evangelizandi participes ac servos Populi Foederis Novi.

II

2. Domine Iesu Christe! Cum illa Feria V te ex eorum consortione subducere deberes, « quos in finem dilexisti », ⁷ iis promisisti Spiritum veritatis. Dixisti: « ... expedit vobis, ut ego vadam. Si enim non

¹ Cf. *Lc* 22, 19.

² Cf. *Mt* 26, 28.

³ Cf. *Col* 1, 13.

⁴ Cf. *Apc* 1, 6.

⁵ *1 Pt* 2, 5.

⁶ Const. dogm. *Lumen gentium*, 11.

⁷ Cf. *Io* 13, 1.

abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos ».⁸

Abiisti dein per Crucem faciens te « oboedientem usque ad mortem »⁹ atque « exinaniens te ipsum »¹⁰ ob amorem, quo nos ad extremum dilexisti; sic igitur post resurrectionem tuam *datus Ecclesiae Spiritus Sanctus est*, qui venit et « mansit » in ea « in aeternum ».¹¹

Spiritus quidem est, qui « virtute Evangelii iuvenescere facit Ecclesiam eamque perpetuo renovat et ad consummatam tecum unionem perducit ».¹²

Conscii proinde nobis omnes — quisque id est nostrum — per Spiritum Sanctum, in virtute Crucis tuae et Resurrectionis operantem, recepisse nos ministeriale sacerdotium ut hominum generis causae salutis serviremus tua in Ecclesia,

— flagitamus hoc ipso die, tam nobis sancto, *perpetuam renovationem* tui in Ecclesia sacerdotii per ipsum Spiritum tuum, cuius est facere ut omni historiae aetate « iuvenescat » dilecta haec Sponsa tua,

— rogamus ut quisque nostrum suo reperiat in animo et indesinenter vita sua confirmet veram significationem, quam ipsius vocatio sacerdotalis tum ei praebet tum hominibus cunctis,

— ut modo usque maturiore oculis fidei perspiciat veram rationem et pulchritudinem sacerdotii,

— ut in actione permaneat gratiarum pro vocationis dono uti haud merita gratia,

— ut agens ita perpetuo gratias, roboretur in fidelitate erga illud donum sacrum, quod, gratuitum cum usquequaque sit, tanto eum magis obstringit.

3. Tibi etiam referimus nos grates, quoniam tibi nos ut Sacerdotii tui ministros conformavisti et destinavisti ad tuum aedificandum Corpus, Ecclesiam scilicet, non modo per Sacramentorum administrationem, verum etiam et quidem in primis *per nuntiationem tui « verbi salutis »*,¹³ dum pariter nos consortes reddidisti tuorum, ut Pastoris, officiorum.

⁸ Io 16, 7.

⁹ Cf. *Philp* 2, 8.

¹⁰ Cf. *ibid.* 2, 7.

¹¹ Cf. *Io* 14, 16.

¹² Cf. Const. dogm. *Lumen gentium*, 4.

¹³ Cf. *Act* 13, 26.

Grati sumus tibi quod in nobis fiduciam collocavisti, quamquam nostra obstabat debilitas fragilitasque humana, atque ipso in Baptismo infudisti nobis vocationem gratiamque perfectionis singulis diebus consequendae.

Precamur ut munia sacra nostra persolvere semper sciamus secundum mensuram cordis puri rectaeque conscientiae, ut tibi simus « in finem fideles », qui nos « in finem dilexisti ».¹⁴

Utinam in animos nostros ne illae irrepant sententiae et opiniones, quae momentum deminuunt sacerdotii ministerialis, iudicia illa et proclivitates, quae ipsam feriunt naturam sacrae vocationis ac ministerii, ad quod tu, Christe, nos in tua vocas Ecclesia.

Cum Feria V illa, qua Eucharistiam instituisti et Sacerdotium, eos relinqueres, quos in finem dilexeras, pollicitus illis es alium « Paraclitum ».¹⁵ Fac ut idem Paraclitus — « Spiritus veritatis »¹⁶ — nobiscum versetur suis cum muneribus sanctis! Ut eius nobiscum sit sapientia et intellectus, scientia et consilium, fortitudo, pietas ac timor Dei sanctus, unde semper despicere valeamus ea quae a te proficiscuntur, eaque discernere quae a « spiritu mundi »,¹⁷ immo vero etiam a « principe mundi huius »¹⁸ oriuntur.

4. Fac ne Spiritum tuum « contristemus »¹⁹

— exigua fide nostra parumque prompta voluntate testandi Evangelii tui « in opere et veritate »;²⁰

— saeculari affectione atque cupiditate nos omnibus modis « conformandi huic saeculo »;²¹

— defectu demum illius caritatis, quae « patiens est, benigna ... », quae « non inflatur ... » et « non quaerit, quae sua sunt ... », quae « omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet »; illius nempe caritatis, quae « congaudet veritati » solique veritati.²²

¹⁴ Cf. *Io* 13, 1.

¹⁵ *Ibid.* 14, 16.

¹⁶ *Ibid.* 14, 17.

¹⁷ Cf. *1 Cor* 2, 12.

¹⁸ Cf. *Io* 16, 11.

¹⁹ Cf. *Eph* 4, 30.

²⁰ *1 Io* 3, 18.

²¹ Cf. *Rom* 12, 2.

²² *1 Cor* 13, 4-7.

Fac ne Spiritum tuum « contristemus »,

— quacumque re, quae secum importat tristitiam interiorem animaeque impedimentum,

— quacumque re, quae gignit dubitationes paritque dissensiones,

— quacumque re, quae nos reddit omni tentationi obnoxios,

— quacumque re, quae se exhibet uti voluntatem abscondendi coram hominibus proprium sacerdotium et omne ipsius vitandi exterius signum,

— quacumque re demum, quae adducere possit tentationem fugiendi praetexto « libertatis iure ».

Fac, quaesumus, ne plenitudinem ac divitias libertatis nostrae extenuemus, quam nos honestavimus et perfecimus, cum tibi nos traderemus donumque sacerdotii acceptaremus!

Fac ne libertatem seiungamus nostram a te, cui eiusdem gratiae ineffabilis munus debemus!

Fac ne Spiritum tuum « contristemus »!

Concede nobis ut *illo diligamus amore, quo Pater tuus « dilexit mundum »*, cum « Filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam ».²³

Ipo hoc die, quo Ecclesiae tuae Spiritum veritatis caritatisque ipse es pollicitus, universi nos, dum consociamur cum iis qui Novissimae Cena tempore primi a te receperunt Eucharistiae celebrandae officium, exclamamus:

« Emitte Spiritum tuum ... et renova faciem terrae », ²⁴ terrae quoque sacerdotalis illius, quam reddidisti fertilem Corporis et Sanguinis sacrificio, quod singulis diebus in altari renovas per manus nostras in vinea Ecclesiae tuae.

III

5. Omnia hodie nobis loquuntur de hac caritate, qua « dilexisti Ecclesiam et te ipsum tradidisti pro ea, ut illam sanctificares ».²⁵

Per redimentem namque amorem ultimi tui extremique doni sponsam fecisti Ecclesiam tuam, quam in viis terrestrium ipsius expe-

²³ Io 3, 16.

²⁴ Cf. Ps 104 (103), 30.

²⁵ Cf. Eph 5, 25 s.

rientiarum deducis ut eam praepares ad « nuptias Agni »²⁶ aeternas « in domo Patris ».²⁷

Sponsalis hic Redemptoris amor, salvificus hic Sponsi amor frugifera efficit cuncta « dona hierarchica et charismatica », quibus Spiritus Sanctus « instruit ac dirigit » Ecclesiam.²⁸

Num vero, Domine, de hoc tuo licet nobis dubitare amore?

Quicumque se duci sinit viva fide in Ecclesiae Conditozem, num de hoc fortasse dubitare potest amore, cui omnem suum debet Ecclesia spiritalem vigorem?

Dubitari num forte licet:

— quin valeas tu cupiasque Ecclesiae tribuere veros « dispensatores mysteriorum Dei »²⁹ atque in primis veros Eucharistiae ministros?

— quin valeas cupiasque exsuscitare in hominum animis, praesertim iuvenum, charisma sacerdotalis ministerii, quem ad modum in ipsa Ecclesiae traditione est susceptum atque impletum?

— quin valeas cupiasque iisdem in animis exsuscitare, una cum sacerdotii desiderio, etiam promptam voluntatem doni caelibatus accipiendi propter Regnum Caelorum, de quo antehac testatae sunt et hodie adhuc testantur tot generationes sacerdotum in catholica Ecclesia?

Num decet — adversus recentis Concilii Oecumenici atque Synodi Episcoporum voces — pergere nihilominus vociferari Ecclesiam debere hanc respuere traditionem et hanc hereditatem?

Nonne, contra, nos sacerdotes oportet magnanimi laetique vivendo perficiamus officium nostrum ac testificatione et actione nostra conferamus ad hanc praeclaram vitae formam disseminandam? Nonne nostrum est curare ut ventura aetate numerus presbyterorum Populo Dei inservientium augeatur, omnibus viribus annitendo ut vocationes iterum suscitentur, et sustentando operam pernecessariam Seminariorum, ubi ad sacerdotium ministeriale vocati ad donum, quo se totos Christo tradant, congruenti ratione componantur?

6. In hac Ferae V in Cena Domini meditatione fratribus Nostris hanc ponere audemus interrogationem, quae longe quidem progreditur,

²⁶ Cf. *Apc* 19, 7.

²⁷ *Io* 14, 2.

²⁸ Cf. Const. dogm. *Lumen gentium*, 4.

²⁹ *1 Cor* 4, 1.

quoniam videtur ipse hic sacer dies a nobis exposcere *plenam absolutamque sinceritatem coram te*, Sacerdos aeternae ac bonae animarum nostrarum Pastor!

Ita est. Dolemus sane quod tempore hoc Concilium subsecuto, quo copiosa sine dubio fermenta egregia effloruerunt et tot laudabilia incepta sunt effecta, renovationis spiritalis omnium Ecclesiae partium et ordinum uberes causae, ex contrario tamen emersit quoddam animorum discrimen atque haud raro scissurae quaedam apparuerunt.

Atqui... quovis in discrimine num de tuo possumus dubitare amore? de illo, inquit, amore, quo « dilexisti Ecclesiam et te ipsum tradidisti pro ea? ».³⁰

Idem hic amor et potentia Spiritus veritatis nonne multo sunt maiores qualibet humana infirmitate, etiam cum dominari haec videtur, immo vero cum sibi sumit esse « progressionis » signum?

Quem Ecclesiae largiris, amor destinatur semper ad hominem debilem profecto obnoxiumque infirmitatis propriae consecrariis. Verum *tu numquam ab hoc discedis amore*, qui hominem et Ecclesiam erigit, dum utrique certa imponit postulata.

Licetne hunc « imminuamus » amorem? Nonne toties deminuimus eum quoties propter hominis debilitatem affirmamus dimittenda esse postulata, quae ipse proponit?

IV

7. « Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam ... ».³¹

Feria V in Cena Domini, quae natalis est dies sacerdotii nostrum cuiusque, cernimus fide oculis omnem huius amoris immensam magnitudinem, qui in paschali Mysterio te fieri iussit « oboedientem usque ad mortem » — quo etiam sub lumine melius nostram perspicimus indignitatem.

Sentimus quanto hodie magis quam alias umquam necesse sit dicamus: « Domine, non sum dignus ... ».

Revera « servi inutiles sumus ».³²

Attamen comprehendere studemus hanc nostram indignitatem et « inutilitatem » eo cum candore, qui *homines nos reddat permagnae spei*.

³⁰ Cf. Eph 5, 25.

³¹ Mt 9, 38.

³² Lc 17, 10.

« Spes autem non confundit, quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis ».³³

Hoc Donum verus est reapse fructus tui amoris, proventus nempe Cenaculi atque Calvariae.

Fides igitur spes et caritas esse debent consentanea regula iudiciorum nostrorum similiterque inceptorum.

Hoc ideo die, quo instituta est Eucharistia, obsecramus te maximo quo valemus affectu humilitatis totoque animi ardore ut celebretur ipsa per orbem terrarum a ministris ad hoc vocatis *ne nulla discipulorum et confessorum tuorum communitas* sanctissimo hoc privetur sacrificio et spiritali alimento.

8. Eucharistia est ante omnia donum Ecclesiae datum. Inenarrabile donum. Sacerdotium quoque *donum* est Ecclesiae factum, respectu *Eucharistiae habito*.

Cum igitur hodie dicitur: communitati ius est ipsius Eucharistiae, reminiscendum potissimum est te discipulos tuos esse cohortatum ut « rogarent Dominum messis ut mitteret operarios in messem suam ».³⁴

Nisi cum animi fervore « rogatur », nisi omnibus viribus contenditur ut ad communitates mittat Dominus ministros bonos Eucharistiae, num affirmari licet interiore cum persuasione « communitati ius esse » ... ?

Si autem ius ei est ..., ius ideo etiam doni est! Neque potest donum ita tractari quasi donum non sit. Sine intermissione precandum est ut tale donum recipiatur. Flexis genibus petatur oportet.

Opus itaque est — cum constet maximum Eucharistiam esse Domini donum Ecclesiae factum — ut *sacerdotes poscantur*, quoniam sacerdotium etiam donum est Ecclesiae datum.

In hac Feria V in Cena Domini, congregati in sacerdotalibus nostris congressibus una cum Episcopis, obtestamur te, Domine, ut magis magisque pervadamur ipsi excelsitate doni, quod est tui Corporis et Sanguinis Sacramentum.

Effice praeterea ut, animis concinentes cum gratiae oeconomia lequeque doni, indesinenter « rogemus Dominum messis »; et ut invocatio nostra ex pectoribus puris profluat, in quibus videlicet simplicitas sinceritasque verorum discipulorum inveniantur. Tunc enim, *Domine, non repudiabis preces nostras*.

³³ Rom 5, 5.

³⁴ Cf. Mt 9, 38.

9. Ad te clamare debemus voce adeo valida, qualem magnitudo rei atque eloquentia ipsius necessitatis temporum flagitant. Et sic implorantes clamamus.

Cognoscimus tamen id: « quid rogemus, sicut oportet, nescimus ».³⁵ Nonne ita res sese habent, quia hic quaestio agitur nos tantopere superans? Verum haec nostra quaestio et difficultas est. Neque alia ulla est tam nostra quam haec ipsa.

Feria V in Cena Domini nostra est celebritas.

Cogitamus simul illas regiones, quae iam « albae sunt ad messem ».³⁶

Qua de causa fore confidimus ut « *Spiritus adiuvet infirmitatem nostram* », qui « interpellat gemitibus inenarrabilibus ».³⁷

Spiritus enim semper est qui « iuvenescere facit Ecclesiam eamque perpetuo renovat et ad consummatam cum Sponso suo unionem perducit ».³⁸

10. In Cenaculo Feriae V illius haud certo scitur affueritne *Mater tua*. Nihilominus te precamur, potissimum ipsa simul pro nobis intercedente. Quidnam ei carius esse potest proprii Filii Corpore et Sanguine, Apostolis concredito in Mysterio eucharistico — Corpore scilicet et Sanguine, quae manus sacerdotales nostrae continenter offerunt in sacrificium « pro mundi vita »?³⁹

Per eam propterea, hodie potissimum, gratias tibi agimus, *per eam* flagitamus:

- ut Spiritus Sancti virtute nostrum renovetur sacerdotium,
- ut in eo semper vigeat humilis sed efficax securitas vocationis ac missionis,
- ut augescat sacri ministerii alacritas.

Christe in Cenaculo et in Calvariae loco! universos suscipe nos omnes, qui anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo sumus Sacerdotes, mysterioque Feriae V in Cena Domini nos rursus sanctifica. Amen.

³⁵ Rom 8, 26.

³⁶ Io 4, 35.

³⁷ Rom 8, 26.

³⁸ Const. dogm. *Lumen gentium*, 4.

³⁹ Io 6, 51.

O VOCAÇÃO A SERVIR O SENHOR NO MINISTÉRIO SACERDOTAL

*Ex homilia Summi Pontificis Ioannis Pauli II in Missa die 17 ianuarii 1982 celebrata, occasione data eius visitationis ad Pontificium Collegium Pium Brazilianum. **

Neste início do « tempo comum », a Liturgia nos coloca diante dos olhos e da consciência o tema do chamado de Deus. Belo e significativo, liturgicamente, este « tempo comum »: porque nenhum mistério cristão especial o assinala, nenhuma festa o distingue, ele é, à luz do mistério de Cristo, a celebração da nossa vida comum, daquele quotidiano, por vezes opaco e irrelevante, mas luminoso porque portador da presença e da graça do Senhor. Falando da vocação nesta abertura do « tempo comum » — o « tempus per annum » do Missal — a Liturgia nos inculca que, no dia-a-dia da nossa existência, nós carregamos um chamado de Deus que dá sentido à nossa vida. E para nós aqui reunidos o Senhor reservou um chamado especial: o vocação a servi-Lo, servindo à Igreja e ao próximo, no ministério sacerdotal.

* *L'Osservatore Romano*, 18-19 gennaio 1982.

LA CHIESA SI EDIFICA NELLA CELEBRAZIONE DEI SACRAMENTI

*Ex allocutione Summi Pontificis Ioannis Pauli II ad sacerdotes, religiosos et laicos Romanae dioecesis, die 8 martii 1982 habita in Aula Clementina, circa problemata de actione pastoralis exercenda in habitu universitatis studiorum, quae Roma invenitur. **

Il compito della Liturgia e della preghiera: la Chiesa si edifica nella celebrazione dei sacramenti e, in particolare, nella celebrazione eucaristica. Pur invitando gli universitari a partecipare attivamente alla Messa della Comunità parrocchiale senza indulgere a intenti « elitari », sarà tuttavia necessario prevedere per loro specifiche opportunità di riflessione sulla Parola di Dio e celebrazioni particolari nei « momenti

* *L'Osservatore Romano*, 10 marzo 1982.

forti » dell'Anno liturgico. Ovviamente ciò richiederà, per potersi attuare convenientemente, una programmazione a livello diocesano, con iniziative tempestivamente previste e debitamente pubblicizzate.

SUR LA TRACE DES SAINTS

*Ex allocutione Summi Pontificis Ioannis Pauli II die 18 martii 1982 habita ad Episcopos Galliae regionis apostolicae occidentalis, quae duodecim sequentes dioeceses amplectitur, vulgari sermone ita nuncupatas: Angers, Bayeux, Coutances, Laval, Le Mans, Luçon, Nantes, Quimper, Rennes, Saint-Brieuc, Sées, Vannes. **

Depuis cinq ans, vos diocèses ont encore un peu changé de visage. Et je vous remercie de me mettre entre les mains, comme de confier aux Dicastères, de nouvelles analyses, très précises, des réalités humaines, sociales, culturelles, religieuses, pastorales. Elles constituent un vaste panorama d'ombres et de lumières.

J'ai remarqué que vous êtes facilement enclins à souligner les aspects de la déchristianisation, qui s'étend et touche plus profondément une bonne partie de vos fidèles, surtout les jeunes générations, au niveau des convictions de foi, de la participation à l'eucharistie dominicale, du sens du sacrement de pénitence, du souci de faire baptiser ou catéchiser les enfants, de la conformité des mœurs, familiales ou autres, aux exigences évangéliques, du manque de vocations sacerdotales et religieuses, etc. Mais vous relevez aussi — et c'est très important — des signes d'espérance, le sérieux des efforts qui sont tentés et qu'il importe de développer ...

Si vos diocèses de l'Ouest, notamment ceux de Bretagne, d'Anjou, de Vendée, ont pu devenir et demeurer longtemps des « terres de chrétienté », ce n'est pas seulement qu'ils étaient « protégés » d'influences étrangères à la foi chrétienne; c'est d'abord et surtout parce qu'ils ont connu de tels « spirituels », missionnaires, comme saint Louis-Marie Grignon de Montfort, le bienheureux Julien Maunoir, le vénérable Jean-Marie de Lamennais, le Père Michel Noblet, et tant d'autres fondateurs et fondatrices de congrégations religieuses. Comment ne pas penser à Jeanne Jugan et à Jeanne Delanoue, que nous aurons la joie de béatifier ou de canoniser cette année? ...

* *L'Osservatore Romano*, 19 marzo 1982.

Je vous encourage à viser *la qualité des communautés chrétiennes existantes*. Elle importe sans doute plus que leur quantité. Les gens ont besoin d'y trouver d'abord un accueil de qualité, grâce à la présence, permanente ou du moins régulière, de personnes aimables et compétentes, qu'il s'agisse du prêtre, de religieuses ou de laïcs. Ils ont besoin de cérémonies liturgiques de qualité, qui aident la participation active à la prière avec un grand respect du mystère chrétien. Ils ont besoin, enfants, jeunes et adultes, d'un enseignement catéchétique et doctrinal de qualité.

J'ai prêté grande attention à ce que vous me dites de la catéchèse où vous investissez beaucoup, et je souhaite avec vous que vos très nombreux catéchètes soient formés avec soin pour témoigner, non seulement de leur propre vie chrétienne, mais de toute la Tradition vivante de l'Eglise.

DÉVELOPPER LA COLLABORATION DES LAÏCS

*Ex allocutione Summi Pontificis Ioannis Pauli II die 23 martii 1982 habita ad Episcopos Galliae regionis apostolicae centralis, quae octo sequentes dioeceses amplectitur, vulgari sermone ita nuncupatas: Blois, Bourges, Chartres, Moulins, Nevers, Orléans, Sens, Tours. **

Aujourd'hui, j'arrête mon attention sur deux aspects qui me semblent répondre à votre préoccupation de préparer l'avenir: la nécessité d'associer davantage encore les laïcs et celle d'assurer en particulier l'évangélisation des jeunes. Il m'apparaît, en effet, que votre tâche épiscopale fondamentale est actuellement d'aider vos prêtres à vivre leur ministère presbytéral de manière nouvelle, je veux dire en suscitant toujours davantage et toujours mieux la collaboration des laïcs, sans confusion des personnes et des fonctions. Ce soutien de vos prêtres sur un tel chemin suppose que vous leur facilitiez, à eux-mêmes d'abord, tous les ressourcements théologiques et spirituels indispensables.

Les laïcs: disons d'abord, par honnêteté et par gratitude, qu'ils ont apporté à l'Eglise, tout au long de son histoire, une contribution apostolique, parfois remarquable, sous des formes variées. Mais le Concile Vatican II, prenant une conscience plus vive de leur apport spécifique dans une vision ecclésiologique plus complète, et à la lumière

* *L'Osservatore Romano*, 24 marzo 1982.

des besoins actuels, a remis en honneur et stimulé l'« apostolat des laïcs » (cf. Const. dogm. *Lumen gentium*, chap. IV, et décret *Apostolicam actuositatem*). Et les communautés chrétiennes en sont sûrement marquées. Cependant, il y aurait encore beaucoup à faire pour ouvrir à ces forces vives du laïcat chrétien tout le champ possible d'initiatives et d'action, pour les préparer et les former à leur rôle, pour articuler celui-ci avec le ministère des prêtres et le témoignage des religieux.

Et cela tout d'abord au niveau des convictions. Certes, il y a une soif de participation active et de responsabilité de plus en plus répandue chez les hommes et les femmes de la société civile. Mais la société ecclésiale a par elle-même des motivations non moins grandes: le baptême et la confirmation constituent un appel, une députation à prendre sa part dans tous les secteurs de la vie communautaire: prière, témoignage, apostolat, services multiples. Il ne s'agit donc pas d'un besoin qui naîtrait seulement de la raréfaction des prêtres et des religieux, encore que cette raréfaction puisse en stimuler la prise de conscience. Il y a en toute communauté chrétienne, si restreinte soit-elle, des possibilités qui attendent d'être mises en œuvre.

L'apôtre Paul, dans les communautés qu'il fondait, savait merveilleusement susciter ou plutôt encourager cette diversité de dons ou de services qui sont aussi l'œuvre de l'Esprit (cf. *1 Co* 12, 4-7). Puissent les laïcs montrer, en ce domaine, plus de conviction et de générosité! Et puissent aussi les prêtres accepter plus largement encore cette vision ecclésiologique, éveiller les laïcs à leur propre vocation, leur confier de réelles responsabilités! Beaucoup de prêtres souffrent d'être seuls, d'affronter des tâches qui dépassent leurs forces, et on les comprend: mais ont-ils su, par leur confiance, créer le climat qui permet aux laïcs d'offrir leur concours? Il me semble que vous avez encore à aider vos prêtres, par ailleurs si méritants, à mieux comprendre leur rôle d'éveilleurs.

Au plan pratique, il importe aussi de concevoir avec plus d'imagination et d'audace les secteurs possibles de participation des laïcs, qui sont loin d'être tous explorés. Je voulais évoquer surtout les multiples secteurs de la vie des communautés chrétiennes où les laïcs peuvent découvrir leur responsabilité et apporter une part active: diverses tâches éducatives, gestion des budgets, soutien de la prière dans les réunions dominicales qui ne peuvent, hélas, toujours bénéficier de la présence du prêtre, animation des assemblées liturgiques présidées par le prêtre, coopération dans la préparation aux sacrements de baptême, de confirmation, de mariage, etc.

Je ne veux pas continuer un inventaire que vous connaissez bien puisque vous y travaillez. Mais je souhaite profondément avec vous que la participation des laïcs — qu'il s'agisse de permanents ou de bénévoles — se développe et qu'elle se conjugue judicieusement avec l'action du prêtre et avec celle du diacre.

Il est bien entendu que le prêtre doit garder parmi les laïcs son rôle d'éveilleur, de formateur, de coordinateur, sans parler des actes qui reviennent en propre à son sacerdoce ministériel et qui doivent être l'essentiel de sa vie: enseignement autorisé des vérités de la foi, formation des consciences, entraînement à la prière, don de la grâce de Dieu par les sacrements, notamment d'eucharistie et de réconciliation. Perspective stimulante pour les laïcs et pour les prêtres, à laquelle il vous revient de les préparer.

LA RÉCONCILIATION, SACREMENT DU RENOUVEAU

*Ex allocutione Summi Pontificis Ioannis Pauli II die 1 aprilis 1982 habita ad Episcopos Galliae regionis apostolicae orientalis, quae novem sequentes dioeceses amplexitur, vulgari sermone ita nuncupatas: Belfort-Mont-Béliard, Besançon, Dijon, Metz, Nancy, Saint-Claude, Saint-Dié, Strasbourg, Verdun. **

